Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26265
Copyright: Admont, Benediktinerstift

comparare debeamus. & querere quid sit
sequendum. Sic enim superius tractauimus. utrum
honestum illud an turpe esset. & secundo lo
co utrum utile an inutile. similiter
hoc loco utrum honestum sit an utile.
nonnulli requirendum putant. Nos autem
mouemur ne hec inter se uelut compugnan
tia inducere uideamur. que iam superius unum
esse ostendimus. nec honestum posse esse nisi
quod utile. nec utile nisi quod honestum. quia
non sequimur sapientiam carnis. apud quam
utilitas pecuniarie istius commoditatis
pluris habetur. sed sapientiam que ex deo est.
apud quam ea que in hoc seculo magna estimantur.
pro detrimento habentur. Hoc est enim cator
thoma quod perfectum & absolutum officium
est. & a uero uirtutis fonte proficiscitur.
Cui secundum est commune officium. quod ipso ser
mone significatur non esse ardue uirtutis
aut singularis quod potest plurimis
esse commune. pscribit Nam cum pecunie
compendia captare familiare multis